

AÑO 30.^o Sábado 28 de Abril de 1883. N.^o 9.^o



BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

SUMARIO. Documento Pontificio sobre las fórmulas de absolución de las órdenes religiosas.—Resolucion de la S. C. del Concilio sobre el padrino por Procurador en el Bautismo.—Bibliografia.—Libros de fábrica.—Necrología.

LETRAS APOSTÓLICAS.

*aboliendo las antiguas fórmulas de ABSOLUCION de las
Órdenes religiosas y sustituyéndolas por otras que
se insertan.*



LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Quo universi utriusque sexus fideles in tertium S. Francisci Assisinatis Ordinem adscripti easdem leges eosdemque ritus in obeundis instituti sui functionibus adhibere possint, enchiridion seu manuale unicum

typis edere visum est. Multiplices vero sub eiusdem manualis editionem exortæ sunt de absolutionis tum generalis, tum in articulo mortis, tum de Papalis benedictionis formulis controversiæ, ad quas dirimendas Consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositorum nonnulla proposita sunt dubia seu quæstiones. Hinc Consilium idem consideratis perpensisque omnibus, quid de huiusmodi quæstionibus deliberaverit per Secretarium suum ad Nos referendum curavit. Nos autem, quibus salutare frugiferumque tertii Ordinis S. Francisci sodalitum in deliciis semper fuit, Nobisque summopere cordi est, ut illud sanctas sui instituti leges ritusque observet, atque in dies, hisce præsertim temporibus, propagetur et incrementa suscipiat, memorati Consilii deliberationem probavimus, eamque omnibus per Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus tuendis cognoscendis decretum indicendam censuimus. Nostris mandatis obsequens Congregatio, sibique demandatum munus meliori quo fieri possit modo explere cupiens, opportunum in primis duxit omnes et singulas benedictionis et absolutionis generalis expendere formulas, quæ nedum penes Tertiarios Franciscales, verum etiam apud alias eiusdem Ordinis familias, imo et alios Regulares Ordines ac Tertiarios ad ipsos pertinentes essent in usu, quo unam eamdemque ab omnibus in posterum respective in eiusmodi benedictionibus et absolutione adhibendam formulam concinnaret. Quamobrem præfata Congregatio omnes, quorum intersit, monendos putavit, ut si quid in casu notatu dignum iudicassent, intra con-

gruum tempus eidem Congregationi subiicerent. Exacto inde triennio quum nihil ex parte alicuius ex dictis Ordinibus obiectum sit, Congregatio Sacris Ritibus præposita, accurate omnibus diligenterque inspectis et expensis, quæ sequuntur decrevit, nempe: I.º Pro Absolutione in articulo mortis retineatur in omnibus formula præscripta in Constitutione sa. me. Benedicti Papæ XIV, *Pia Mater*, addito tantum ad *Confiteor* nomine Sancti proprii Fundatoris: II.º Benedictio Summi Pontificis nomine impertienda, detur cum formula approbata in Constitutione eiusdem sa. me. Benedicti Papæ XIV, *Exemplis Prædecessorum*, sed nonnisi bis in anno, et sub conditione quod hæc Benedictio nunquam detur eodem die et in eodem loco, ubi Episcopus eam impertiat: III.º In Absolutione generali pro Regularibus cuiuscumque Ordinis atque in Benedictione cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis Sæcularibus adhibeantur omnino duæ insequentes formulæ a Rmo. Assessore ipsius Sacrae Congregationis propositæ atque ab eadem approbatæ, abrogatis penitus et suppressis quibuscumque aliis formulis hucusque usitatis, videlicet:

Formula Absolutionis Generalis pro Regularibus cuiuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus.

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos indicas in tentationem.

- R. Sed libera nos a malo.
 V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
 R. Et salutare tuum da nobis.
 V. Domine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratione tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitijs respice; et flagellatuae iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Completis precibus, ab uno ex adstantibus dicitur
 Confiteor addito nomine proprii Fundatoris. Deinde
 sacerdos dicit:*

Misereatur vestri etc. Indulgentiam, absolutio-
 nem etc.

Postea subiungit:

Dominus Noster Iesus Christus per merita suæ
 sacratissimæ passionis vos absolvat et gratiam suam

vobis infundat. Et ego auctoritate ipsius, et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Summorum Pontificum Ordini nostro ac vobis concessa, et mihi in hac parte commissa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis, maioris vel minoris, suspensionis et interdicti si quod forte incurristis, et restituo vos unioni et participationi fidelium, necnon sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis. Item eadem auctoritate absolvo vos ab omni transgressione votorum et regulæ constitutionum, ordinationum et admonitionum maiorum nostrorum, ab omnibus poenitentiis oblitis, seu etiam neglectis, concedens vobis remisionem omnium peccatorum, quibus contra Deum et proximum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquistis, ac de quibus iam confessi estis: In nomine Patris **¶** et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Formula benedictionis cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis Sæcularibus ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem, vel cum Regularibus cuiuscumque Ordinis habentibus.

Antiph. Intret oratio mea in conspectu tuo, Domine, inclina aurem tuam ad preces nostras; parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti sanguine tuo pretioso, ne in æternum irascaris nobis.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

ꝝ. Et ne nos inducas in temptationem.

ꝝ. Sed libera nos a malo.

ꝝ. Salvos fac servos tuos.

- R^f. Deus meus sperantes in te.
 V. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
 R^f. Et de Sion tuere eos.
 V. Esto eis Domine turris fortitudinis.
 R^f. A facie inimici.
 V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
 R^f. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R^f. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R^f. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere:
 suscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes fa-
 mulos tuos, quos delictorum catena constringit, mi-
 seratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et
 confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis in-
 indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam
 clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omni-
 bus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eri-
 piyas.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris:
 preces populi tui supplicantis propitius respici; et
 flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris me-
 remur, averte. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Dicto deinde:

Confiteor etc, Miserereatur etc. Indulgentiam etc.

Sacerdos prosequitur:

Dominus Noster Iesus Christus, qui Beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

Per Sacratissimam Passionem et Mortem Domini Nostri Iesu Christi; precibus et meritis Beatissimæ semper Virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Beati Patris Nostri N. et omnium Sanctorum, auctoritate à Summis Pontificibus mihi concessa, plenariam Indulgentiam omnium peccatorum vestrorum vobis impertior. In nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Si hæc Indulgentia inmediate post Sacramentalē absolutionem impertiatur, reliquis omissis, Sacerdos absolute incipiat a verbis: Dominus Noster Iesus Christus etc., et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem inmutato.

Nos huiusmodi memoratæ Congregationis decretum omnino ratum habemus, et Apostolica Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, probamus, confirmamus, sancimus, illudque ab omnibus et cun omnibus hoc, futurisque temporibus servari iubemus. Decernentes has Litteras Nostras semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quosquamque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Prælati Apostolici Auditores, indicari ac definiri debere, atque irritum et inane si securus super his a quoquam, quavis auctoritate, scien-

ter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de iure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non eiusdem tertii Ordinis S. Francisci, ceterisve qui busvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat derogamus, ceterisque omnibus quamvis speciali atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII Iulii MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

TH. CARD. MERTEL.



RESOLUCION

de la S. Congregacion del Concilio, declarando que los que ejercen en la Confirmacion el cargo de padrinos por procurador, y no este, contraen parentesco espiritual; y que es nulo el matrimonio celebrado con tal impedimento por aquellos con los padres de sus ahijados.

Extracto del caso.

Nicolás ejerció por medio de su representante Hipólito el cargo de padrino en la confirmacion de Siro, hijo de Ana. Posteriormente murió el marido de ésta y casó de nuevo con Nicolás, el cual, pasados algunos meses recurrió á la curia eclesiástica proclamando la nulidad de su matrimonio; y en efecto así lo declaró judicialmente el Obispo. El defensor del matrimonio interpuso apelacion.

Alegato de Nicolás. Presentada la doctrina del Concilio de Trento, que en las ses. 24 declara que por la confirmacion se contrae parentesco espiritual entre cinco personas, á saber: confirmante y confirmado con el padre, madre y padrino de éste, añade que él fué en realidad el padrino, aunque para sus funciones delegó por escrito á su procurador Hipólito; que él y no éste, segun la doctrina comun de los doctores, confirmada por la Iglesia, contrajo el parentesco espiritual con Ana, madre del confirmado; y que, por consiguiente, mediaba entre ambos impedimento dirimente de matrimonio.

Objeta el defensor del vínculo que es *manco y sospechoso* el testimonio en que se funda las pruebas de que Nicolás fuera en realidad el padrino. Es manco, porque allí no consta, como debiera, que fué representado por Hipólito. Es sospechoso, porque interrogado el Párroco sobre esto, dijo: que no sabia á peticion de quien puso en la partida el nombre de Nicolás como padrino. Que la sospecha crece al considerar cómo era posible que el Párroco no advirtiera este impedimento al presenciar el matrimonio, habiendo trascurrido tan poco tiempo. Que entrando en el terreno del derecho, sabido es que se cuestiona sobre si es el mandante ó el mandatario quien contrae el parentesco. Que segun las palabras del Concilio, parece debe ser el último, pues citando las personas que se unen con dicho vinculo, dice: «el confirmante, confirmado, padre y madre de esto *ac tenentem*, que ciertamente no fué Nicolás, sino Hipólito su procurador. Fundada en estos hechos, se propuso la siguiente duda:

Si ha de confirmarse la sentencia de la Curia Episcopal, ó ha de derogarse en el presente caso? A lo cual contestó la S. C.: *Que debia confirmarse la sentencia.*

De lo cual se desprende.

1.^º Que es comunísima la sentencia de los que con Fagnani y Sanchez afirman, que, cuando el cargo de padrino se ejerce por procurador, no en éste, sino el mandante, quien contrae parentesco espiritual.

2.^º Que así lo demuestra la regla del derecho que dice: «el que «obra por otros es lo mismo que si obrara por sí mismo.» Pues en este caso, Nicolás que fué el padrino elegido por los padres, y obró como tal por


medio de su representado, cual si lo hiciera por si mismo, es, por consiguiente, el que asume los efectos de dicha obra, y por tanto el espiritual parentesco.

3.^o Que además pudo robustecerse esta doctrina con argumentos llamados de *paridad y de absurdo*. De paridad, por lo que sucede en el matrimonio, que puede contraerse válidamente por medio de procurador. De absurdo, en cuanto que si el mandante no fuera verdadero padrino, resultaría, que como el procurador ejerce este cargo á nombre de otro, no habría padrino en el sacramento, ni contraerían parentesco espiritual ninguno de los dos con el confirmado; lo cual es un absurdo y contra la práctica de la Iglesia cuya mente es que se nombren verdaderos padrinos en el sacramento de la Confirmación.

4.^o Que la opinión justamente llamada comunísimma, que defiende la existencia del parentesco espiritual en el mandante y no en el procurador ó mandatario, queda, por último, plenamente confirmada con la resolución dada por la S. C. del C. en el presente caso, al declarar que existía impedimento de cognación espiritual, que hizo nulo en su raíz el matrimonio.

BIBLIOGRAFÍA.

Acabamos de recibir, lujosamente impresa, la memoria presentada al Certámen Literario de Sta. Teresa por el Sr. D. Juan Maura, Lectoral de la Santa Iglesia Catedral de Mallorca, y premiada por el Jurado como trabajo digno del Tema 4.^o que se propuso explanar.



No es esta la ocasión oportuna de hacer un exámen crítico y analizar las bellezas de fondo y forma que hermosean tan notable composición; mas no podemos menos de felicitar á su ilustre autor por el preclaro talento que demuestra en la inteligencia del Tema discutido, y el hábil desempeño con que ha sabido llevar á cabo su noble tarea. Siempre claro y preciso, siempre espontáneo, sóbrio á veces más de lo que quisiera el lector, ha dado clara muestra de que su pluma, nacida para la contraversia, puede ser sobremanera útil á los intereses católicos en las presentes circunstancias.

Desde las primeras páginas se echa de ver que el defensor de la Fé ha sabido escoger el terreno en que ha de combatir; ha plantado sus reales en el campo enemigo, y quiere hacer guerra al adversario, valiéndose de las armas que éste le pone en la mano.

No acude para probar la existencia del orden sobrenatural á la comun é irrefutable demostración que los Teólogos explanan, tratando de los motivos de credibilidad; sino que teniendo en cuenta, por una parte, la pertinaz insolencia de los Racionalistas en negar hasta la posibilidad de los milagros, y, por otra, las concesiones que estos mismos hacen respecto de la Seráfica Doctora, prescinde por conveniencia de aquélla prueba irrecusable, y ciñéndose al axámen de las dotes morales é intelectuales que adornaron tan grandioso espíritu, forma contra ellos un argumento *ad hominem*, que, por lo menos, de parte de los Racionalistas no admite lógica contestación. Y este es á nuestro juicio el sentido del *Tema* que se trata de discutir.

Vosotros, viene á decir en resúmen el ilustre laureado, afirmais que el único procedimiento admisible en la investigacion sobre la existencia del órden sobrenatural, es el filosófico ó puramente racional. Aquél, por consiguiente, se hallará en aptitud más ventajosa para sondear esta cuestión que más eminentes dotes naturales posea, es decir, aquel cuya inteligencia, naturalmente dispuesta para la observación psicológica, más haya escudriñado los senos del alma más hondamente haya penetrado en el exámen de sus operaciones, y más experiencia tenga de los recónditos arcanos animicos. Ahora bien, Sta. Teresa de Jesús, segun sus obras lo patentizan y la voz unánime de todas las escuelas, inclusa la racionalista, lo aclama, fué una mujer de entendimiento eminentemente observador, clarísimo en el discurrir, penetrante en el investigar y poderosísimo pór la habitual y pasmosa fuerza de reflexion. Nada fantaseadora ni vagarosa, pasó la vida entera constantemente ocupada en el estudio de sí misma; hizo anatomía de su espíritu, facultades y operaciones; analizó sus menores pensamientos, indagó sus causas, declaró y fijó sus efectos, en una palabra escudriñó y describió las moradas todas del Castillo interior del alma sin que ni su vista ni su pluma dejara pasar por alto nada digno de consideración.

Nadie, por consiguiente, más autorizado que la Santa para intervenir en este debate y zanjar la cuestión. Su testimonio, en buena lógica, es irrecusable para los Racionalistas, sobre todo si se tiene en cuenta el ingenuo candor que todas sus palabras respiran

y el sello de veracidad con que va marcado todo cuanto sus lábios articulan ó su pluma escribe.

Tal es á nuestro juicio, el razonamiento del señor Maura.

Haciendo caso omiso de la mayor ó menor fuerza de este argumento, atendida su naturaleza intrínseca, (y mucha debe tener cuando la Iglesia quiere que no se prescinda de ello en los mismos procesos de Beatificación); es innegable que el sabio polemista ha sabido sacar de él un gran partido, utilizándole para combatir á aquellos que contra él no pueden en manera alguna defenderse.

Reciba, pues, de nuevo nuestros plácemes, y siguiendo las huellas del gran pensador catalán, del inmortal Balmes, cuyas ideas ha sabido tan bien apropiarse y con tanta fruicion expone, no cese, como él no cesó jamás, de esgrimir la pluma en defensa de la Iglesia; honrando de esta manera el suelo que le vió nacer y enalteciendo la santa causa que le ha traído con tanto honor al palenque literario.

Tambien el Sr. D. José María Cuadrado nos ha hecho el obsequio de remitirnos un ejemplar correctamente impreso de la preciosa Memoria que con el título de «*Recuerdos locales de Sta. Teresa de Jesús*» escribió para el Certámen y fué premiada como tema libre con medalla de plata y diploma.

Recomendamos su adquisicion á los lectores del BOLETIN en la seguridad de que han de recrearse útil-

mente con las eruditas noticias en ella coleccionadas y expuestas ordenadamente por el autor.

La edición está hecha en Barcelona; imprenta de la viuda é Hijos de J. Subirana, calle de la Puerta Ferri-
sa, núm. 16.

Officia Sanctorum á Sanctissimo Domino Nostro
Leone Papa XIII per Breve diei 28 Julii 1882 ad
ad universalem Ecclesiam extensa.

Los Sres. Sacerdotes pueden pedir al Sr. Maestro
de S. S. Ceremonias los ejemplares que necesiten,
y se les facilitarán al precio de un real cada ejemplar.

NECROLOGIA.

El dia 21 del corriente falleció el Presbítero D. Ma-
nuel Lucas Blanco, Canónigo que fué de esta Santa
Iglesia Catedral. Pertenecía á la hermandad de Sufragios
mútuos del Clero, con el núm. 156.

Tambien pertenecía á la Hermandad el difunto Se-
ñor Cura Ecónomo de Cerezal de Peñahorcada D. Eu-
genio Calvo, cuyo fallecimiento se anunció oportunamente.
Los socios aplicarán por cada uno de ellos,
los sufragios de costumbre.—R. I. P.

LIBROS DE FÁBRICA.

**Están despachados los de las Parroquias
siguientes.**

Aldeadávila.	Paradinas.
Almenara.	Pelabravo.
Añovér de Tórmes.	Peñarandilla.
Avililla.	Peralejos de Solís.
Barbadillo.	Peralejos de Arriba.
Cabeza de Framontanos.	Poveda.
Carnero.	Pozos de Hinojo.
Cilleros de la Bastida.	San Boal de Salamanca.
Corporario.	Sto. Tomás de los Caba-
Ejeme.	lleros.
Gallegos de Huebra.	S. Benito de los Caballe-
Grío.	ros.
Guadramiro.	San Juan de Alba.
Juzbado.	Santiago de Ledesma.
Larrodrigo.	Santos (los)
Mieza.	San Miguel Valero.
Moríñigo.	Santibañez.
Moriscos.	Sta. María de Sando.
Mozarbez.	Tamames.
Orbada (la).	Terradillos.
Pajares.	Villar de los Álamos.
Parada de Rubiales.	Villaseco de los Gamitos.

Salamanca. — Imp. de Oliva.